# AUREA BULLA: Caput II - FABULA

DILIGENTER FELIX MUCAPORA LATEREM E MURO SOLVIT. TUM SACCULUM RUBRUM EXTRAHIT. EUM FILIO SUO TRADIT. VALENS ACCIPIT SACCULUM ET PATREM INTERROGAT: «QUID INEST?» PATER RESPONDET: «NODUM SOLVE ET APERI SACCULUM! VIDE!» VALENS NODUM SOLVIT ET BULLAM AUREAM EXIMIT. EXCLAMAT: «BULLA AUREA INEST! UNDE ACCEPISTI, PATER?» PATER RESPONDET: «BULLA IN TEGUMENTO ERAT, QUO TECTUS ERAS, CUM TE INFANTEM INVENI. ECCE, BULLA FRACTA EST. ALTERUM DIMIDIUM DEEST.» VALENS BULLAM ANTE OCULOS TENET ET CONSIDERAT.

diligenter: sorgfältig; later, eris m: Backstein;

e muro: aus der Mauer

extrahit: er zieht heraus; ruber, rubra, rubrum: rot;

Eum: diesen, ihn;; filio suo: seinem Sohn

nodus: Knoten

accepisti: hast du bekommen

in tegumento: in einer Decke

erat: sie war; quo tectus eras: mit der du bedeckt warst; cum te infantem inveni: als ich dich als Baby gefunden habe

fracta est: ist zerbrochen; deest: fehlt

TUM DICIT: «A PARENTIBUS MEIS BULLA VENIT. AUREA EST. PRETIOSA EST. FORSITAN PARENTES NOBILES SUNT. UBI ALTERUM DIMIDIUM EST? AD PARENTES ME DUCIT. FORSITAN IULIAM IN MATRIMONIUM DUCERE POSSUM. VIVUNTNE PARENTES? UBI QUAERERE? IMPERIUM ROMANUM TANTUM EST!»

a parentibus meis: von meinen Eltern
forsitan Adv.: vielleicht
in matrimonium ducere: heiraten; possum: ich kann
tantus, a, um: so gross

*Plötzlich wird Valens traurig:*

NAM INTELLIGIT: NON EST FILIUS MUCAPORAE; PATREM HABET ALIUM. NEQUE NUNDINA MATER EST. AMAT NUNDINAM ET MUCAPORAM. CARISSIMI SUNT. VALENS SIMUL GAUDET ET DOLET.

nam: denn; Mucaporae: des Mucapora
neque: auch nicht